

quam exaltatus: et q^{ui} nulla sui necessitate. sed
benigna et spontanea voluntate. Nec pro se utpote
qui morti nil debuit. sed pro nobis qui morti agram
obnoxii sustinuit. Iustum ~ ut hic pro quibus patitur
~. inpassibilis. cum omni huius ^{sati} seculi tempore.
! tu precipue in die tue passionis ei compatiantur. Pro
se dolenti condoleant. Pro se tristanti. vicem tristitie
rependant. Amore pro se morientis. in hac potissimum
die ab omni carni delectatione sement ipsos commortifi-
cent. Si enim iuxta apostolum uno aliquo dolente
membro. condoleant reliqua. quanto magis. summo
patiente membro. i. capite. quo reguntur omnia
membra. compati debent illa quae ab eo reguntur
membra. Christi autem esse membra credentes in
eum. ipsamque caput omnium in se credentium.
nullus ignorat fidelium. Sic contra iniuri membra
sunt diaboli. inter quae praecipuum locum tenent
Iudei persecutores Christi quos luce clarius constat.
iniuriore fautores in morte Christi fuisse. Sicut
contra. apostolos qui sunt praecipua membra
Christi amorabiliter contristatos de iniusta uere
Christi. Quod si nos inter membra Christi uel ultimi
confidimus deputari. debemus cum sublimioribus
membris illius in passione capitis nostri contristan-
ne si in hac die corporali letitie uoluerimus
uacare. nec cum apostolis Christum amare.